

“actum” aiunt “nē agas”. *DE.* non agam? immo haud
desinam

420 donec perfecero hoc. *PH.* ineptis. *DE.* sine modo.

PH. postremo tecum nil rēi nobis, Demipho, est:

tuos est damnatu' gnatu', non tu; nam tua

75

praeterierat iam ducendi aetas. *DE.* omnia haec

illum putato quae ego nunc dico dicere;

425 aut quidē cūm ūxore hac ipsum prohibebo domo.

GE. (iratus est.) *PH.* tu tē idem melius feceris.

DE. itan es paratu' facere me advorsum omnia,

80

infelix? *PH.* (metuit hic nos, tam etsi sedulo

dissimulat.) *GE.* (bene habent tibi principia.) *PH.* quin

quod est

430 ferundum fers? tūis dignum factis feceris,

ut amici inter nos simus? *DE.* egōn tuam expetam

amicitiam? aut te visum aut auditum velim?

85

PH. si concordabi' cūm illa, habebi' quae tuam

senectutem oblectet: respice aetatem tuam.

435 *DE.* tē oblectet, tibi habe. *PH.* minue vero iram. *DE.*

hoc age:

sati' iam verborumst: nisi tu properas mulierem

abducere, ego illam eiciam. dixi, Phormio.

90

PH. si tū illam attigeri' secu' quam dignumst liberam

dicam tibi ĩnpingam grandem. dixi, Demipho.

440 siquid opu' fuerit, heus, domo me. *GE.* intellego.

DEMIPHO GETA HEGIO CRATINVS CRITO iv

DE. Quanta me cura et sollicitudine adfcit